

RUGSĖJO METŲ KETVIRČIO TREČIADIENIS

Rugsėjo Metų ketvirtis prasideda trečiadienį po rugsėjo 14 dienos. Šią dieną mes prisimename džiaugsmingą įvykį – žydų sugrįžimą iš Babilono vergijos (skaitinys iš Senojo Testamento). Evangelijos ir kolektos primena apie maldą ir pasninką.

Introitus

Ps. 80, 2, 3, 4 et 5. Exsultáte Deo, adiutóri nostro: iubiláte Deo Iacob: súmite psalmum iucúndum cum cíthara: cánite in inítio mensis tuba, quia præcéptum in Israel est, et iudícium Deo Iacob.

Ps. 80, 6. Testimónium in Ioseph pósuit illud, cum exíret de terra Ægýpti: linguam, quam non nóverat, audívit.

Collecta

Misericórdiæ tuæ remédiis, quæsumus, Dómine, fragílitas nostra subsístat: ut, quæ sua conditióne attérritur, tua deméntia reparétur. Per Dominum nostrum...

Epistola

Lectio Amos Prophetæ. (Amos. 9, 13 – 15)

Hæc dicit Dominus Deus: Ecce, dies veniunt: et comprehendet arator messor, te calcator uvæ mittentem semen: et stillabunt montes dulcedinem, et omnes colles culti erunt. Et convertam captivitatem populi mei Israel: et ædificabunt

Introitas

Ps 80, 2, 3, 4 ir 5. Džiūgaukite Dievui, mūsų padėjėjui; kryžtaukite Jokūbo Dievui. Giedokite psalmę ir pritarkite kanklėmis. Tesuskamba trimitas mėnesio pradžioje, juk tai įstatas Izraeliui, Jokūbo Dievo įsakas.

Ps 80, 6. Jis davė jį Juozapo giminei, jai išėjus iš Egipto žemės: balsa, kurio nepažinojo, išgirdo.

Kolekta

Meldžiame Tave, Viešpatie, padėk mums, silpniems, savo gailestinga pagalba, kad tai, kas dėl savo prigimties žūva, Tavo gailestingumu būtų atitaisyta. Per mūsų Viešpatį...

Epistolė

Skaitinys iš pranašo Amoso knygos. (Am 9, 13–15)

Taip kalba Viešpats Dievas: „Tikrai ateina dienos, kai artojas pasivys pjovėją ir vynuogių traiškytojas sėjėją. Kai kalnai lašės saldžiu vynu ir visomis kalvomis jis tekės, sugrąžinsiu Izraelio, savo tautos, tremtinis, – jie atstatys sugriautus mies-

civitates desertas et inhabitabunt: et plantabunt vineas et bibent vinum earum: et facient hortos et comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam: et non evellam eos ultra de terra sua, quam dedi eis: dicit Dominus, Deus tuus.

Graduale

Ps. 112, 5–7. Quis sicut Dominus, Deus noster, qui in altis habitat, et humilia respicit in cælo et in terra? **V.** Suscitans a terra inopem et de stercore erigens pauperem.

Collecta

Præsta, quæsumus, Domine, familiæ tuæ supplicanti: ut, dum a cibis corporalibus se abstinet, a vitiis quoque mente ieiunet. Per Dominum nostrum...

Epistola

Lectio libri Esdræ. (Neh. 8, 1–10)

In diébus illis: Congregátus est omnis pópulus quasi vir unus ad platéam, quæ est ante portam aquárum: et dixerunt Esdræ scribæ, ut afférret librum legis Moysi, quam præcéperat Dóminus Israëlī. Attulit ergo Esdras sacérdos legem coram multitúdine virórum et mulierum, cunctisque qui póterant intellégere, in die prima mensis séptimi. Et legit in eo apérte in platéa, quæ erat ante portam aquárum, de mane usque ad

tus ir juose gyvens, veis vynuogynus ir gers jų vyną, sodins sodus ir valgys jų vaisius. Juos pasodinsiu jų žemėje, ir jie niekad daugiau nebus išrauti iš žemės, kurią aš jiems daviau“, – kalbėjo Viešpats, tavo Dievas.

Gradualas

Ps 112, 5–7. Kas yra kaip Viešpats, mūsų Dievas, kuris sėdi aukštybėse ir permato nusižeminusius danguje ir žemėje? **V.** Jis pakelia iš dulkių beturtį, ištraukia elgetą iš šiukšlyno.

Kolekta

Duok savo tarnams, Viešpatie, nuolankiai Tave meldžiantiems, kad, susilaikydami nuo kūniško maisto, pasninkautų ir dvasiškai, atsikratydami ydų. Per mūsų Viešpatį...

Epistolė

Skaitinys iš Nehemijo knygos (Neh 8, 1–10)

Anomis dienomis: Visi žmonės susirinko į aikštę priešais Vandens vartus. Jie paprašė Rašto žinovą Ezrą pateikti Mozės Mokymo knygą, kurią Viešpats buvo davęs Izraeliui. Tad septintojo mėnesio pirmąją dieną kunigas Ezra pateikė Mokymą sueigai – ir vyrams, ir moterims, ir visiems, kurie galėjo klausytis ir suprasti. Tai įvyko septintojo mėnesio pirmąją dieną. Jis skaitė iš jos atsigręžęs į aikštę prie Vandens var-

médiam diem, in conspéctu virórum et mulierum et sapiéntium: et aures omnis pópuli erant eréctæ ad librum. Stetit autem Esdras scribe super gradum lígneum, quem fécerat ad loquendum. Et apéruit librum coram omni pópulo: super univérsum quippe pópulum eminébat: et cum apierúisset eum, stetit omnis pópulus. Et benedíxit Esdras Dómino, Deo magno: et respóndit omnis pópulus: Amen, Amen: élevans manus suas: et incurváti sunt et adoravérunt Deum proni in terram. Porro levítæ siléntium faciébant in pópulo ad audiéndam legem: pópulus autem stabat in gradu suo. Et legérunt in libro legis Dei distíncte et apérte ad intellegéndum: et intellexérunt, cum legerétur. Dixit autem Nehemías, et Esdras sacérdos et scribe, et levítæ interpretántes univérso pópulo: Dies sanctificátus est Dómino, Deo nostro, nolíte lugére et nolíte flere. Et dixit eis: Ite, comédite pínquia et bíbite mulsum, et míttite partes his, qui non præparavérunt sibi: quia sanctus dies Dómini est, et nolíte contristári: gáudium étenim Dómini est fortitúdo nostra.

Graduale

Ps. 32, 12 et 6. Beáta gens, cuius est

tų nuo aušros iki vidudienio ir vyrams, ir moterims, ir galėjusiems suprasti. Žmonės ausis ištempę klausėsi Mokymo knygos. Rašto žinovas Ezra stovėjo ant medinės pakylos, kuri buvo tam tikslui pastatyta. Ezra atskleidė knygą visų žmonių akyse, nes jis stovėjo aukščiau už visus žmones. Jam atvėrus knygą, visi žmonės atsistojo. Ezrai pašlovinus Viešpatį, didingąjį Dievą, žmonės atsakė: „Amen! Amen!“ – iškeldami rankas. Tada jie nusilenkė ir pagarbino Viešpatį, kniūbsčia parpuldami ant žemės. Ir levitai padėjo žmonėms suprasti Mokymą, jiems stovint savo vietose. Jie skaitė iš knygos – iš Dievo Mokymo, išversdami jį ir paaiškindami jo prasmę. Taip jie galėjo suprasti, kas buvo skaitoma. Valdytojas Nehemijas, kunigas ir Rašto žinovas Ezra ir levitai, aiškindami žmonėms, visiems jiems sakė: „Ši diena yra šventa Viešpačiui, jūsų Dievui. Neliūdėkite ir neverkite.“ Mat, girdėdami Mokymo žodžius, žmonės verkė. Be to, jis tarė jiems: „Eikite, valgykite rinktinių valgių ir gerkite saldžių gėrimų, skirdami jų dalį tiems, kurie nieko neturi sau pasiruošę, nes ši diena yra šventa mūsų Viešpačiui. Nebūkite liūdni, nes džiugesys Viešpatyje yra jūsų stiprybė.“

Gradualas

Ps 32, 12 ir 6. Palaiminta tauta, ku-

Dóminus Deus eórum: pópulus, quem elégit Dóminus in hereditátem sibi. **V.** Verbo Dómini cæli firmáti sunt: et spírítu oris eius omnis virtus eórum.

Evangelium

Sequéntia sancti Evangéliei secúndum Marcum. (Marc. 9, 16–28)

In illo témpore: Respóndens unus de turba, dixit ad Iesum: Magíster, áttuli fílium meum ad te, habéntem spírítum mutum: qui, ubicúmque eum apprehénderit, allídit illum, et spumat et stridet déntibus et aréscit: et dixi discípulis tuis, ut eícerent illum, et non potúerunt. Qui respóndens eis, dixit: O generátio incrédula, quámdiu apud vos ero? quámdiu vos pátiar? Afférte illum ad me. Et attúlerunt eum. Et cum vidísset eum, statim spírítus conturbávit illum: et elísus in terram, volutabátur spumans. Et interrogávit patrem eius: Quantum témporis est, ex quo ei hoc áccidit? At ille ait: Ab infántia: et frequénter eum in ignem et in aquas misit, ut eum pérderet. Sed si quid potes, ádiuva nos, misértus nostri. Iesus autem ait illi: Si potes credere, ómnia possibília sunt credénti. Et contínuo exclámans pater pueri, cum lácrimis aiébat: Credo, Dómine: ádiuva incredulitátem meam. Et cum vidéret Iesus concurréntem turbam, comminátus est spírítui immundo, dicens illi: Surde

rios Dievas yra Viešpats: tauta, kurią Viešpats išsirinko savo paveldu. **V.** Viešpaties žodžiu buvo padaryti dangūs ir jo burnos alsavimu visos jų galybės.

Evangelija

Šventosios Evangelijos pagal Morkų tęsinys. (Mk 9, 16–28)

Anuo metu vienas iš minios atsakydamas tarė Jėzui: „Mokytojau, aš atvedžiau pas tave sūnų, kuris yra nebylės dvasios apsėstas. Kur tik sugriebusi, dvasia jį tąso, iš burnos jam eina putos, jis griežia dantimis ir pastyra. Aš prašiau tavo mokinius išvaryti dvasią, bet jie nevaliojo.“ Tada Jėzus tarė: „O netikinti gimine! Iki kol man reikės su jumis būti? Kaip ilgai jus kęsti? Atveskite jį pas mane!“ Jie atvedė. Vos pamąčiusi Jėzų, dvasia ėmė tąsyti berniuką, šis parpuolė ant žemės ir apsiputojęs pradėjo blaškytis. Jėzus paklausė tėvą: „Ar nuo seniai jam taip darosi?“ Šis atsakė: „Nuo pat kūdikystės. Dvasia jį dažnai į ugnį įstumdavo ir į vandenį, norėdama pražudyti. Tad jei ką gali, pasigailėk mūsų ir padėk mums!“ Jėzus jam atsakė: „Jei ką gali“?! Tikinčiam viskas galima!“ Vaiko tėvas sušuko: „Tikiu! Padėk mano netikėjimui!“ Matydamas susibėgančią minią, Jėzus sudraudė netyrąją dvasią: „Nebyle ir kurčia dvasia, įsakau tau, išei iš jo ir daugiau nebegrižk!“

et mute spíritus, ego præcípio tibi, exi ab eo: et ámplius ne intróeas in eum. Et exclámans et multum discérpens eum, éxiit ab eo, et factus est sicut mórtuus, ita ut multi dícerent: Quia mórtuus est. Iesus autem tenens manum eius, elevávit eum, et surréxit. Et cum introísset in domum, discípuli eius secréto interrogábant eum: Quare nos non potúimus eiícere eum? Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exíre nisi in oratióne et ieiúnio.

Offertorium

Ps. 118, 47 et 48. Meditábor in mandátis tuis, quæ diléxi valde: et levábo manus meas ad mandáta tua, quæ diléxi.

Secreta

Hæc hóstia, Dómine, quæsumus, emúndet nostra delícta: et ad sacrificium celebrándum, subditórum tibi córpora mentésque sanctíficet. Per Dominum nostrum...

Præfatio communis

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus: per Christum, Dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exsul-

Dvasia, klykdama ir smarkiai ji purtydama, išėjo. O berniukas liko tarsi lavonas, ir daugelis sakė: „Jis mirė.“ Bet Jėzus paėmė jį už rankos, pakėlė, ir jis atsistojo. Kai Jėzus grįžo namo, mokiniai, pasilikę su juo vieni, klausė: „Kodėl mes ngalėjome jos išvaryti?“ O jis asakė: „Ta veislė neišvaroma niekuo kitu, tik malda ir pasninku.“

Ofertorijus

Ps 118, 47 ir 48. Mėgaujuosi tavo įsakymais, nes juos myliu; ištiesiu savo rankas į tavo įsakymus, kuriuos pamilau.

Sekreta

Meldžiame Tave, Viešpatie, kad šios atnašos nuvalytų mūsų kaltes. Tępašvenčia jos mūsų, Tavo tarnų, kūną ir sielą, kad galėtume jas atnašauti. Per mūsų Viešpatį...

Bendroji prefacija

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, kad mes Tau visuomet ir visur dėkotume, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali amžinasis Dieve, per Kristų mūsų Viešpatį. Per Jį Tavo didybę šlovina angelai, garbina viešpatystės, dreba galybės. Dangūs ir dangiškosios kariaunos, taip pat ir palaimintieji serafimai vieningu

tatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas, deprecamur, supplici confessione dicentes: Sanctus.

Communio

Neh. 8, 10. Comédite pínquia et bíbite mulsum, et míttite partes his, qui non præparavérunt sibi: sanctus enim dies Dómini est, nolíte contristári: gáudium étenim Dómini est fortitúdo nostra.

Postcommunio

Suméntes, Dómine, dona cæléstia, supplíciter deprecámur: ut, quæ sédula servitúte, donánte te, gérimus, dignis sénsibus tuo múnere capiámus. Per Dominum nostrum...

džiūgavimu drauge aukština. Prašome, liepk, kad į jų tarpą būtų priimti ir mūsų balsai, su nuolankiu išpažinimu tariantys: Šventas.

Komunija

Neh 8, 1–10. Valgykite rinktinių valgių ir gerkite saldžių gėrimų, skirdami jų dalį tiems, kurie nieko neturi pasiruošę, nes ši diena yra šventa mūsų Viešpačiui. Nebūkite liūdni, nes džiugesys Viešpatyje yra jūsų stiprybė.

Postkomunija

Priimdami šias dangiškašias dovanas, nuolankiai Tave, Viešpatie, meldžiame, kad tai, ką Tavo valia nuoširdžiu tarnavimu atliekame, leistum vertai suvokti jausmais. Per mūsų Viešpatį...